

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorvm Libri Tres In Diuersos  
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,  
locisq[ue] scriptos digesti**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadii, 1545**

**VD16 C 4328**

III. Confutatio Excusationis & lactanti[a]e Protestantium per Io.  
Cochl[a]eum, scripta Hageniae Anno. 1540.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29563**

Theologis, qui usq; adeo ad omnes fraudes technasq; & ca-  
lumnias sunt proni & intenti, sed sufficere nobis debet illud  
Apostoli ad Rom, 1. quod Romanæ Ecclesiæ fides annun-  
ciatur in uniuerso mundo. A qua nos in nullo prorsus fidei  
articulo discedere sine animarum uestrarum indubitate pe-  
niculo possumus. Quod autem ad abusum & uitiorū cor-  
rectionem attinet, res ea longe utilius & efficacius in Genes-  
tali tractabitur Concilio, ad quod celebrandum omnes pio-  
rum mentes sedulis suspirijs & efflagitationibus gemunt  
contendunt & aspirant.

Scripta Hagenoiaæ, Die 27. Junij 1540.

# MISCELLANEO: RVM LIBRI TERTII Tractatus Quartus.

## CONFUTATIO EXCVSATIONIS

& iactantiae Protestantium, per Ioan.

Cochlæum.



Euerissime ac inuictissime Rex, Omniū Clementissime Princeps ac Domine, circa 28. articulos Confessionis Protestantis tium, quid sentiat Catholici, nuper sacra tissime Maiestati uestræ indicaui, Quoniam uero iactitant eorum Concionatores, nihil à nobis iuste contra eam obijci posse, opere preciū doctrinæ de fuerit Maiestati uestræ paucis indicare, circa unū saltē, qui Missa, de missa est, articulum, quanta sit eorum perplexitas atq; di

Rr ueritas

Miscell. Lib. III. Tract. IIII.

Perplexa dis  
uersitas tum in usu sacramenti, tum in doctrina uerbi, Ete  
uersitas do  
ctrinæ de  
Missæ

nim iactitant tum in confessione tum in Apologia sua, se fal  
so accusari quod Missam aboleant, cum religiose retineant  
ac defendant Missam, ac summa reuerentia celebrent, ser  
uentq; etiam usitatas Cerimonias circa eam fere omnes, ni  
si quod Latinis Cantionibus admisceantur alicubi German  
icæ. At sciunt rem longe aliter habere in suis Ecclesijs,  
quam referunt in Confessione & Apologia sua, Nam ma  
xima ex parte abolita sunt altaria, pro quibus ponitur meno  
sa prophana, ad opus missæ nec destinata neq; consecrata,  
Neq; uocatur ab eis Missa opus illud quod super eam meno  
sam faciūt, sed Cæna Domini, etiā si mane peragatur, Quin  
etiam in odium ac detestationem ipsius nominis & uoca  
buli Missæ demoliti sunt altaria, & licet ante meridiē suam  
peragant communionem, malunt tamē eam potius cœnā  
domini quam Missam nominare. Nequaquam igitur fas  
ciunt in suis Ecclesijs, sicut loquuntur in sua confessione,  
neq; etiam sic docent in suis concionibus.

Luth. in epis  
to. de missa  
angulari.

Quinimo præcipuus autoreorum Lutherus, non est ue  
ritus publice scribere, post æditam eorum confessionem,  
Tantum distare ab inuicem Missam et sacramentum, quan  
tum distant inter se Tenebrae & lux, immo quantum Dia  
bolus & Deus. Ait itaq; Missam nihil aliud esse quam per  
uersam deordinationem ac nundinationē sancti sacramen  
ti, etiam si quam deuotissime celebretur, Proinde uellet Mis  
sam funditus deleri, optans, à Deo dari omnibus Christia  
nis tale cor, ut si quando audiant hanc uocem, Missa, exte  
reantur, & signo crucis sese muniant tanquam contra Dia  
boli abominationem. Vocat præterea missam Idolum, quod  
à Daniele dictum asserit Maosim, ijsdem scriptum literis,  
quibus scribitur missa, Qua igitur fronte nunc iactitant se  
omnes

omnes sentire ex animo sicut proposuerunt Cæsareæ Massæ in sua confessione, Cum longe aliter & agant & docent de Missa quam loquitur eorum confessio: Cum igitur manifestum sit, ipsos non ita seruare usum & doctrinam de Missa, sicut habet eorum Confessio, uane conqueruntur, se à cōfessione sua recedere non posse nisi uellet ab ipsis met Euangelio recedere, Constat enim ipsosmet & uerbis & factis ab ea recedere circa articulum de Missa, qui est omnium maximus & præcipuus.

Nep̄ recte dicunt, se in Confessione sua nihil occultasse, Falsa iactant sed totum doctrinæ genus ingenue & simpliciter complexis sunt enim quam plurimi errores Lutheranæ do-

tia de Confessione.

ctrinæ (ut interim de Philippi Melanchthonis, Pomerani, Buceri, Zuingli, Oecolampadij, Brentij, Pellicani, & id genus aliorum nouæ sectæ scribentium & Concionatorū magnis et erroneis libris dissimulemus) de quibus nihil dictum est in Confessione illa, Quorum nonnullos Maiest. uestræ breuiter commemorabo, ut uideat Maiestas uestra, quā iniurias eorum de cōfessione, iactantia & aduersum nos querela. Ultra igitur 28. articulos confessionis enumerabo quosdam alios sub diuersis titulis, & uniuscuiusq; certum ex Lutheri libris locum indicabo in margine, ne uidcar caluniari.

## DE FIDE CHRISTIANA. I.

**N**Os autem dicimus, nec Noui nec Veteris Testamen*Luth. in art. 1.*  
ti sacramenta, sed solā fidem iustificarc, In re conscientiæ art. 1.  
tatum sola fides totum est, opera nihil sunt. *Contra Chlæum.*

Nos cum Deo nunquam agere aliter possumus quam si *De Capti.*  
de in uerbum promissionis eius. Opera ille nihil curat, Baby,  
nec eis indiget.

Rr 2 De

Miscell. Lib. III. Tract. III.

DE VERBO DEI. II.

Luth. in prologo affer. **S**i propheta non sum, certus tamen sum, apud me esse uerbum Dei, non apud eos.

Teuth. contra Regem Angliae. **V**erbum Dei est super omnia. Divina maiestas mecum facit, ut nihil curē, si Mille Augustini, Mille Cypriani, Mille Ecclesiæ Henricianæ contra me starent.

De abroganda missa. **P**ia conscientia nouit, nec dubitat, Ecclesiā nihil statuerat aut ordinare citra aut ultra uerbum Dei.

DE SACRA SCRIPTURA III.

De abroganda missa. **V**obis in scripturis non habetur, hoc plane Satanæ ad ditamentum est.

Ibidem. **A**gitate, prodite uiri Papenses, ostendite unum iota scripturæ de ministerio uestro.

Contra Ambro. Catha. **S**cio quod solo literali sensu pugnandum est, qui & unus est per totam scripturam, Nihil Origenes, nihil Hieronymus, nihil omnes, qui plures sensus dederunt.

DE VETERI TESTAMENTO III.

Contra rusticos. **I**n novo testamento neque tenet neque ualeat Moses. Suemeris ita obturandum est os, quando dicunt, sic dicit Moses. At tu dīc, Moses nihil ad nos pertinet, Deus ait Exo. 20. Ego sum dominus Deus tuus, qui te ex Aegypto de domo seruitutis eduxi, Et hoc textu clare habemus, quod etiam decem præcepta ad nos non pertinet, Non enim nos, sed solos Iudeos ex Aegypto eduxit. Et infra, Nullus apex in Mose ad nos pertinet.

DE NOVO TESTAMENTO V.

In præfatio. **E**pistola Iacobi, quam directe cōtra Paulum omnemque Teutho. Aliam scripturam, operibus iustificationem tribuat, dicit Abraham ex operibus suis iustificatum esse, Non est ne Teuth. Iacobi aut ullius Apostoli.

In præfatio. **H**anc ad Ebreos epistolā nō esse Pauli aut ullius Apostolo ne Teuth.

rum, ostenditur ex secundo eius Capitulo. Dico quod sensio. In hoc libro Apocalypses multa defydero, ut eum neque Apostolicum neque propheticum esse existimem.

## DE EVANGELIO. VI.

**S**ciendum est primo, opinionem eam, quod Quatuor tantum Evangelia totidemque Evangelistae, repudiantur. Vide ne facias ex Christo Mosen aliquem, neque ex Euangelio librum legis aut doctrinæ, sicut hactenus factum est, & aliquot Prologi etiam S. Hieronymi sic sonant.

Euangelium tam copiose prædicatum est modo, ut tam clarum non fuerit tempore Apostolorum, Ideo periclitatur Germania, quod uereor, ibit in ruinam funditus.

## DE CONCILIIS GENERALIBVS. VII.

**H**oc Euangelium subuertit funditus & radicatus Papatum & omnia Concilia, Quia non tenemur seruare quod Papa præcipit & homines constituunt.

Neque Papæ neque Concilijs nec ulli hominum commissum est, ut statuat & concludat, quid sit fides. Quia dicit, Cauete a falsis, Oportet Euangelium mentiri, aut Papam simul cum Concilijs.

Extant præterea 30. Propositiones contra Conciliorum autoritatem Vuitenbergæ disputate longe post æditâ Augustæ Confessionem.

## DE ECCLESIA CATHOLICA. VIII.

**C**ertum est, In manu Ecclesiæ aut Papæ prorsus non esse, statuere articulos fidei, immo nec leges morum seu bonorum operum.

Igitur siue Papa siue Pars, siue Concilium sic aut sic sensitatem, nemini debet esse præiudicium, sed abundet quisque in sensu.

Rr 3 sensu

In præfat.

Teuth. & la-

tina.

In præfa.

Teuth.

In ser. Atten-

dite à sal. pro-

phe.

Ibidem.

Ibidem.

Miscell.lib.III.Tract.III.

sensu suo in eis rebus quæ necessariæ non sunt ad salutem.

Deabrog.  
missa. Igitur quod sine uerbo Dei ordinatur, non ab Ecclesia,  
sed à Synagoga satanæ, sub Ecclesiæ nomine ordinatur.

DE ECCLESIA ROMANA. IX.

Contra Epi  
tomen Syls SI sic Roma credit, beata Græcia, beata Boemia, beati om  
uestri.

In affer. 50. Ego uero, etiam si S. Petrus hodie presideret Romę, ne  
gabo Ro. Episcopum esse Papam, Papa enim res facta est  
in mundo, negat fuit, negat est, negat erit, sed fingitur esse.

Ib. Quare ipsam sedem Bestię nego, nihil moratus, sit ne bo  
nus an malus, qui in ea sedet, sedes inquam, quę sit sup om̄  
nes sedes, nulla est in Ecclesia iure diuino, sed oēs sūt eccl̄es.

DE SANCTIS ECCL  
SÆ Doctoribus. X.

In prologo  
Affert.  
Deabrog.  
missa.  
Ibidem.

Q Vanti errores in omnium patrū scriptis inuenti sunt:  
Quoties sibi ipsis pugnant: Psalmo 67. Mirabilis est  
deus in sanctis suis, sinit eos in multis & diu tam ignorare  
quām errare. Inducent ( inquit ) in errorem, si fieri potest,  
electos, Hoc est, inductos in errorem, tenebunt, ut videano  
tur cū eis in errore manere & perire, Nonne hoc in Bernar  
do, Gregorio, Bonaventura, & multis alijs videmus, qui in  
multis & magnis erroribus permanserunt cum Impijs.

DE VNIVERSITATIBVS. XI.

Contra Am  
bro.Cathari.

D Vodecima & ultima facies Antichristi est Chaos il  
lud & Ianua patens inferni, incredibili facie spectabis  
lis, Vniuersitates inquam, In quibus periuria & abusus nos  
minis Dei sunt introitus, Deinde conuersatio in omne sce  
sus libera & licentiosissima.

Ibidem

Quid autem præstant tandem: Primum, Electores  
populi

populi Christiani adolescentes hic prostituuntur, & in pa-  
tens guttur Inferni prosciuntur.

Vt videatur ad Euangelium funditus extinguendum  
nec astutius nec efficacius inuenisse Satan commentum,  
quam Vniuersitatum erigendarum. *Ibidem*

## DE RO. IMPERIO. XII.

**T**Ranslatum est ad Germanos Ro. Imperij uocabulum, *Contra An-*  
quum res iam nulla imperij esset. *bro. Cathar-*

Inter Christianos neq; debet neq; potest ulla esse superio-  
ritas, sed unusquisq; alter alteri subditus est, sicut ait Paulus *De Potestis*  
Ro. 12. Unusquisq; alterum pro suo superiore teneat. *te sacerulari.*

Hic uides, quomodo miser mortalis uermium foccus im-  
perator, qui uitæ suæ ne ad iictum oculi quidē securus est, *Contra Duo*  
impudenter iactitat̄ se uerum & supremum Christianæ fīs *Cæsarismū*  
dei Defensorem. *data.*

DE PRINCIPIBVS SECV-  
laribus. XIII.

**I**nter Christianos non potest esse gladius. Eo igitur sus *De sacerulari*  
per & inter Christianos uti non potes. Deus ita procurat, *potestate.*  
O Principes, ut Tyrannis uestra diutius tolerari neq; possit  
neq; uelit neq; debeat.

Deus uult uos percutere & percutiet uos. Non sunt rus *De rusticis*  
stici, boni domini, qui se uobis opponunt. Deus ipse est, qui rum tumulo-  
se opponit uobis, ad uisitandam uestram Tyrannidem. *tu. Ibidem.*

## DE TVRCIS. XIV.

**A**lone, nullum regimen sacerulare pulchrius esse uspiam tem *Germā-*  
quam apud Turcam, qui tamen neque Canonicum *nīæ.*  
neq; Civile ius habet, sed suum duntaxat Alcoranum. *Contra duo*  
Turca Decies & prudētior & p̄bior est quam nostri sūt *Cæsarismū*  
*data.* *Prins*

Miscell.lib.III.Tract.III.

Principes. Quid huiusmodi fatuis contra Turcam prospere succedat, qui deum tam alte & tentant & blasphemant.  
In p̄fā. lib. de moribus Turcorum. Miracula & monstra abstinentie & disciplinæ in Turcarum religiosis, quem non pudifacerent Monachorum, siue sit Carthusianus (qui uolunt optimi uideri) siue Benedictinus: Umbræ sunt nostri religiosi ad illos collati, & uulgus nostrum plane prophanum ad illorum uulgaris comparatum.

DE BELLO CONTRA TVRCAS XV.

In Aſſert. art. 34.

Ibidem.

Contra duo Cæſ. manda ta.

In Captiu. Babylo.

Ad Vtual. denses.

In Captiu. Babylo.

Ræliari aduersus Turcas est repugnare Deo, Visitanti iniquitates nostras per illos,  
Qui haber aures audiendi audiat, & à bello Turcico abstineat, donec Papæ nomen sub cœlo est.

In fine oratione cunctos p̄flos Christianos, ne ullo pacto Principibus nostris obsequantur, uel ad proficiscendum in misericordiam uel ad contribuendum aliquid contra Turcas.

DE SACRAMENTIS IN GENERE. XVI.

Principio neganda mihi sunt septem Sacra menta, & tantum Tria pro tempore ponenda, Baptismus, Paenitentia, Panis.

Hoc quoq; improbo, q; more Papisticæ Ecclesiæ septem ponatis Sacra menta, quum tamen scriptura tantum Duo norit, Baptismum & Eucharistiam.

Non potest igitur esse uerum, Sacramentis in esse vim efficacem iustificationis, seu esse ea signa efficacia gratiae, Hæc enim omnia dicunt in iacturam fidei.

DE SACRAMENTO EV-  
charistiae. XVII.

Nonne



**N**onne iamdudum uides, omnes sacrificos Idolatras Deabrog.  
esse, et toties Idolatriam perficere, quoties sacrificant; missa.  
Quid refert, si nihil eleuaretur: Ex hominibus enim est ea  
eleuatio, non ex instituto Christi.

Ibidem.  
Ad Vualde  
ses.

Vbiq; uides illam adorationem sacramenti non esse sine  
periculo, ubi fides & uerbum non exercent, Quare tutius  
torsan fuerit, cum Apostolis, non adorare, quam pro more  
filo uulgi adorare.

### DE GRADIBVS CONSANGVINITATIS & AFFINITATIS. XVIII.

**H**Inc sequitur, quod patruelles, hoc est, fratribus aut scro De uita con-  
trum filij & filiæ, possunt pie & Catholice copulari, q; a iugali.  
Leuitici 18. personæ istæ non sunt prohibite.

Item possum habere nouercæ meæ sororem, Item patris Ibidem.  
mei aut matris meæ sorore ex altero parente, Amplius pos-  
sum & fratribus aut sororis meæ filiam habere, sicut Abraham Ibidem.  
Saram suam habuit, Possum habere sponsæ aut uxoris meæ  
sororem post mortem eius. Item filiam fratribus uxoris meæ.

### DE DIVORTIO XIX.

**S**ed hoc admiror magis cur celibem cogant esse hominē, De Captiui.  
Qui diuortio separatus est à coniuge sua, nec aliam duce- Babylo.  
re permittant.

In his casibus, ubi coniugum unus alterum ad uitam non In Epithalas  
Christianam urget, aut se ab eo separat, Ibi alter non est ca<sup>z</sup> mio,  
ptus neq; obligatus illi adhærere, potest ergo cum aliq; cōtra  
here, perinde ac si mortuus esset prior ille coniunx.

Quid ergo, si secūdus quoq; coniunx similiter faceret, hoc  
est, si urgeret contra fidem Christianam aut discederet. Si  
militer si tertius & quartus, & sic ulterius; Nunquid sic pos-  
set uir unus habere decem aut plures uxores adhuc uiuen-  
tes que ab eo discesserint. Et contra, mulier una decē aut plu-  
res mas

Miscell.lib.III.Tract.IV.

res maritos qui ab ea discesserunt: Respondeo, Nos S. Paulus non possumus os obstruere, neque possumus eos prohibere, qui eius doctrina uti volunt, quotiescumque volunt. Verba eius clare stant hic, quod liber & solitus fit frater aut soror, si coiunx eius ab eo discesserit, & cum eo habitare noluerit. Et non dicit, ut semel tantum fiat.

DE DIGAMIA XX.

De Captiu.  
Baby.

**N**ec satis erat Hypocrisi & operationi erroris huius, Digamiam prohibere, hoc est, Ne quis duas uxores habeat simul, ut in lege siebat (id enim Digamiam significare scimus) sed Digamiam interpretari sunt, si quis duas successivae virgines duxisset, aut semel uiduam.

De digamia  
Episcoporum. Constat autem, Digamiam opus Dei esse, a Paulo probatum, & in benedictione Dei Gen. 1. comprehensum. Si uero scandalum est, apud impios Papistas scandalum est, qui bus omnia uerba & opera Dei nihil nisi scandalum sunt.

Ibidem. Siquidem nota sunt iura Mosaica de fratribus defuncti uxore & de filia corrupta inuito patre, quae cogunt plurimum esse uxorum virum. Quae non magis sunt abrogata quare liqua omnia, Id est libera, nec prohibita nec præcepta. Ex his sane lx. propositionibus Lutheri, quas sub XX Tis tulus enumeraui, facile cognoscit sacratissima Maiestas uespera quam impudenter iactent protestantes in suo ad Cæsaream Maiestatem scripto, se nihil in confessione sua occulasse, sed totum doctrinæ genus complexos fuisse. Possem profecto multo plures & titulos & propositiones commorare, si opus foret, sed satis ex iam dictis manifestum esse arbitror, quam falsa sit iactantia illorum de Confessione sua Augustensi, quam uelut Euangelium, sacrosanctam haberi volunt, Cum tamen ipsius etiam minime obseruent, ut de

de Missa probatum est supra.

Ethinc perspicuum sit recte cogitanti, quod nequaquam possit inter nos & ipsos uera in fide & religione concordia constitui, nisi aboleantur omnes erronei & pestilentes libri cordia, nisi (quorū ingens est et numerus & magnitudo) Aliuersorum aboleantur Concionatorum eorum, præsertim Lutheri, qui uel solus posset totum ueneficis & uirulentis libris suis inficere mundum, si ubiq; possent libere & impune diuendi. Quantum est enim mare errorum & calumniarum in uno illius opere sermonum, quod Postillam uocant? Quanta sacræ scripturæ depravatio in totius Bibliæ translatione Teuthonica? Quantum ueneni in Germanicis eius Cantilenis? At opera ista mordicus tenent populi protestantium, nec ea dimittent, ut uereor, nisi ui & metu coacti, Restat igitur, ut Dei Optimi Maximi opem sedula deuotione imploremus, qui solus potest suauiter per gratiæ suæ illuminationem corda protestantium ab erroribus tam multis adeoq; pernicio sis, & latissime diuulgatis, in uitiam ueritatis pristinam reducere.

Scripta Hagenoiae 5. Iulij 1540.

Ss 2 MISCEL.